



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 5. Quando plures sunt causæ æquè principales, vel æquè secundariæ,
quæ videantur æqualiter contulisse ad totum damnum, ad quid singulæ
tenentur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

esse, nec compensatum: ergò priùs est alios non restituisse, quam causam negativam teneri ad restitutionem: ergò hæc tenetur solum in defectum positivæ. Si tamen contingeret damnificatorem ex consideratione præteritæ negligentæ superioris, vel custodis incitari ad damnificandum, tunc superior, vel custos non impediens non se haberet ut causa merè negativa, sed simul ut positiva; ideoque teneretur simul conferre in restitutionem cum causis positivis, & non post illas, ut notat De Lugo.

Porro inter causas negativas non datur ordo, quia neutra est instrumentum alterius, aut magis præcipua; nisi tamen una teneretur magis immediatè impedire damnum.

Q. 5. Quando plures sunt cause æquè principales, vel æquè secundariæ, quæ videantur æqualiter contulisse ad totum damnum, ad quid singulæ tenentur?

Resp. Tenentur æquas portiones conferre ad damni compensationem: nam cum æquè principaliter cooperati sint ad totum damnum, æqualiter, & æquis partibus tenentur ad illius restitutionem. In defectum reliquorum quisque tenetur in solidum: quia quisque concurrat ad totum damnum, cum sit causa totius actionis damnosæ; ergo in defectum sociorum tenetur totum damnum resarcire.

Q. 6.